[illegible]
tis non est furtum quia fit sibi debitum per hoc quod sententialiter
est ei adiudicatum. In minimis autem rebus sicut est acus
unus vel penna una non potest esse peccatum mortale acceptio rei a-
liene. Illud enim quod modicum est homo discretus apprehendit
quasi nichil. Et ideo in huiusmodi que minima sunt homo discretus non
reputat sibi nocumentum inferri. Et ille qui accipit potest pre-
sumere hoc non esse contra voluntatem eius cuius est res. Et pro tanto
si quis [illegible] huiusmodi res minimas accipiat potest excusari a pec-
Nota cato mortali. Si tamen habeat animum furandi et inferendi no-
cumentum proximo etiam in talibus minimis potest esse peccatum mortale
sicut et in cogitatione solo per consensum. Ille autem qui furtim accipit
Nota rem suam apud alium iniuste detentam peccat quidem non quia gra-
vat eum qui detinet et ideo non tenetur ad restituendum aliquid vel ad
recompensandum. Sed peccat contra communem iustitiam dum ipse sibi
usurpat sue rei iudicium iuris ordine pretermisso. Et ideo te-
netur deo satisfacere et dare operam ut scandalum proximorum si inde
Nota exortum fuerit sedetur. Ille vero qui furtim accipit rem suam
apud alium depositam gravat depositarium quia deposita-
rius tenetur ad restituendum vel ad ostendendum se esse innoxi-
um. Unde manifestum est quod peccat et tenetur ad relevandum
gravamen depositarii. Utrum autem liceat retinere res in-
ventas. An homo peccet si retineat. Habitum est supra primo libro in trac-
tatu de restitutionibus. Cap. secundum

Utrum alicui liceat furari propter necessitatem suam vel alterius.

Illa autem que sunt iuris humani non possunt derogari iu-
ri naturali vel iuri divino. Secundum autem naturalem
ordinem ex divina providentia institutum res inferiores sunt
ordinate ad hoc quod ex hiis subveniatur hominum necessitati.
Et ideo per rerum divisionem et appropriationem de iure humano
procedentem non impeditur quin hominis necessitati sit sub-
Nota veniendum ex huiusmodi rebus. Et ideo res quas aliqui superha-
bundanter habent ex naturali iure debentur pauperum sus-
Ambrosius tentationi. Unde Ambrosius dicit et habetur in decretis dist. xlvii.
Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumen-
tum est quod tu recludis, miserorum redemptio et absolutio est pe-
cunia quam tu in terra fodis. Sed quia multi sunt necessitatem

Nota patientibus. Si tamen adeo sit evidens et urgens
necessitas ut manifestum sit instanti necessitati de rebus occur-
rentibus esse subveniendum, puta cum imminet persone periculum
et aliter subveniri non potest, tunc licite potest aliquis ex rebus alienis
sue necessitati subvenire sive manifeste sive occulte subla-
Nota tis. Nec hoc proprie habet rationem furti vel rapine. Usus enim rei ali-
ene occulte accepte ex causa extreme necessitatis non habet
rationem furti proprie loquendo quia per talem necessitatem efficitur suum
id quod quis accipit ad sustentandam propriam vitam. In casu etiam
similis necessitatis potest aliquis occulte rem alienam accipere ut
subveniat proximo sic indigenti.

Utrum rapina possit fieri sine peccato. Cap. tertium

Nota Rapina autem quandam violentiam et coactionem im-
portat per quam contra iustitiam aufertur alicui quod su-
um est. In societate autem hominum nullus habet coactionem nisi per pub-
licam potestatem. Et ideo quicumque per violentiam aliquid alteri aufert
si sit privata persona non utens publica potestate illici-
te agit et rapinam committit sicut patet in latronibus. Prin-
cipibus vero potestas publica ad hoc committitur ut sint iustitie
custodes. Et ideo non licet eis violentia et coactione uti nisi secundum iusti-
tie tenorem, et hoc vel contra hostes pugnando vel contra cives
malefactores eos puniendo. Et quod per talem violentiam aufertur non habet ra-
tionem rapine cum non sit contra iustitiam. Si vero contra iustitiam a-
liqui per publicam potestatem violenter abstulerint res aliorum
illicite agunt et rapinam committunt et ad restitutionem te-
nentur. Circa predam autem hostium distinguendum est. Quia
si illi qui depredantur hostes habeant bellum iustum ea que per
violentiam in bello acquirunt eorum efficiuntur. Et hoc non habet ratio-
nem rapine. Unde nec ad restitutionem tenentur. Quamvis possint in
acceptione prede iustum bellum habentes peccare per cupiditatem
ex prava intentione si scilicet non propter iustitiam sed propter predam prin-
Augustinus cipaliter pugnent. Dicit enim Augustinus in libro de verbis domini, quod
propter predam militare peccatum est. Si vero illi qui predam accipi-
unt habeant bellum iniustum rapinam committunt et ad restitutio-
nem tenentur. Si autem principes a subditis exigant quod
eis secundum iustitiam debetur propter bonum commune conservandum etiam si vio-
lentia adhibeatur non est rapina. Si vero aliquid principes inde-

titutione tenentur licet et latrones. et tanto amplius
peccant quam latrones quanto periculosius et communius quam pub-
licam iustitiam agunt cuius custodes sunt positi. In tantum au-
tem aliqui infideles iniuste res suas possident in quantum eas per
leges terrenorum principum amittere iussi sunt. Et ideo ab eis
potest per violentiam subtrahi non privata auctoritate sed publica.

Tractatus nonus de fraudulentia circa emptiones et venditiones

Post tractatum de furto et rapina tractandum est de fraudu-
lentia circa emptiones et venditiones. Et circa hoc
consideranda sunt quatuor. Primo

Utrum aliquis possit licite vendere rem plus quam valeat

Scriptum est in Matthei vii. Omnia **Capitulum primum**
quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos fa-
cite illis. Nullus autem non vult sibi rem vendi carius quam
valeat. Unde et nullus debet alii rem vendere carius quam vale-
at. Fraudem enim adhibere ad hoc quod aliquid plus iusto pretio
vendatur omnino peccatum est in quantum aliquis decipit proximum
Tullius in dampnum ipsius. Unde et Tullius dicit in libro de officiis. Tollen-
dum est ex rebus contrahendis omne mendacium. Si autem
fraus desit tunc de emptione et venditione dupliciter
loqui possumus. Uno modo secundum se et secundum se emptio et venditio videtur esse
introducta pro communi utilitate ementis et vendentis dum
phil. unus indiget re alterius et e converso sicut patet per Philosophum in primo politice.
Quod autem pro communi utilitate introductum est non debet esse magis
in gravamen unius quam alterius. Et ideo debet secundum equalitatem rei inter eos
contractus institui. Quantitas autem valoris rerum que
in usum hominis veniunt mensuratur secundum pretium datum ad quod est
phil. inventum numisma sive denarius ut dicitur in v. ethicorum. Et
ideo si vel pretium excedat quantitatem valoris rei vel e converso res exce-
Nota dat pretium tollitur iustitie equalitas. Et ideo carius vendere vel
vilius emere quam res valeat est secundum se iniustum et illicitum. Alio
modo possumus loqui de emptione et venditione secundum quod per accidens cedit
in utilitatem unius et detrimentum alterius puta cum aliquis multum in-
diget habere rem aliquam et alius leditur si ea careat. Et in tali
casu iustum pretium erit ut non solum respiciatur ad rem que ven-
ditur sed et ad dampnum quod venditor ex venditione incurrit.

multum iuvetur ex re alterius quam accepit ille vero qui vendidit
non dampnificatur carendo re illa non debet eam supervendere
quia utilitas que alteri accrescit non est ex vendente sed ex con-
ditione ementis. Nullus autem debet vendere alteri quod non est
suum licet possit ei vendere dampnum quod patitur. Ille tamen qui ex re
alterius accepta multum iuvatur potest propria sponte aliquid vendenti
supererogare quod pertinet ad eius honestatem. Lex autem hu-
mana populo datur in quo sunt multi a virtute deficientes
non autem datur virtuosis solum. Leges autem humane impon-
untur hominibus secundum eorum conditionem. Non enim potest esse lex puerilis que
adultis ponitur. Multa enim cum pueris puniuntur que in adul-
Nota tis lege puniuntur. Et similiter multa secundum legem humanam permit-
tuntur hominibus non perfectis virtute que non essent toleranda in
hominibus virtuosis. Lex autem humana ponitur multitudini
hominum in qua maior pars est hominum non perfectorum virtute. Et
ideo lege humana non prohibentur omnia vitia a quibus virtuosi
abstinent. Sed lex humana prohibet que destruunt hominum convic-
tum que sunt in se nocumentum aliorum sicut prohibentur
lege humana homicidia furta et huiusmodi. Alia vitia habet
Nota quasi licita non quia ea approbet sed quia ea non punit. Sic ergo
habet lex humana civilis quorum penam non inducens si
absque fraude venditor rem suam supervendat aut emp-
tor vilius emat nisi sit nimius excessus quia tunc et lex
humana cogit ad restituendum puta si aliquis sit deceptus
ultra dimidium iusti pretii quantitatem. Sed lex
divina nichil impunitum relinquit quod sit virtuti contrarium. Unde
secundum divinam legem illicitum reputatur si in emptione et
venditione non sit equalitas iustitie observata et tenetur
ille qui plus habet recompensare ei qui dampnificatus est si sit no-
tabile dampnum. Quod ideo dico quia iustum pretium rerum quandoque non est
punctaliter determinatum sed magis in quadam extimatione consis-
tit ita quod modica additio vel diminutio non videtur tollere
equalitatem iustitie.

Utrum venditio fiat illicita propter defectum rei vendite 2

Ambrosius Dicit autem Ambrosius in libro de officiis. **Capitulum secundum.**
Regula iustitie manifesta est quod a vero
non declinare virum deceat bonum nec dampno iniusto afficere